Desideria Palatinatuum et Terrarum Regni Poloniæ et M.D.Lttæ ad Illustrissimum Excellentissimum Legatum Sedis Aplicæ per Delegatos ex Stuba Nuntiorum Equestris Ordinis utriusq Gentis sequentia proponuntur A.o 1767 ex Limitatione Comitiorum Generalium Grodnensi

1mo Exponitur submissa veneratione Ssmæ Sedi Aplicæ Filialis obedientia Sanctæ R. Ecclesiæ ejusq Capiti Ssmo Clementi ab Equestri Ordine, deinde pro Patronis Regni Poloniæ, et M.D.Lttæ, et præcipuè ut S. Salomea Regina Haliciæ Regum filia usq ad Casimirum Magnum Regem Poloniæ lineam suam ducens, ac tandem Claustrum ingressa, et B. Cunegundis Regina Poloniæ Beatificatæ, ut officio earum conscripto et festo primæ Classis honorificentur, Beatus Stanislaus Kostka Sctis Jesu, atq B. Ceslaus olim S. Hyacinthi Ordinis Prædicatorum Canonizentur et Pater Albertus Mecinski Sctis Jesu Polonus, et B. Joannes Cantius, ut Beatificetur Innocentius Undecimus. Similiter Beatificetur Andreas de Bobola, et pro Patronis Regni et M.D.Lttæ declarentur, prout etiam supplicatur ad Beatissimum, et S. Sedem ut festum S. Joachim sit primæ Classis Celebre per totam Christianitatem aliquâ Dominicâ, et in Polonia cum Octava, et ut S. Joachimus adscribatur inter Patronos Regni, et M.D.Lttæ.

2do Demonstrabitur summa læsio Jurium Regni Poloniæ et fundationum per avulsionem Conventuum a Provinciis Regni, præcipuè vero Patrum Ordinis Prædicatorum, tum S. Francisci Conventualium atq Reformatorum in Silesia

Existentium

hærentium, et situatorum ad Provincias Silesiæ, tum quoq Conventus Trembnicensis prædolis Monialibus Nobilium Regni Poloniæ per olim Serenissimam Reginam Poloniæ Poloniæ Hedvigim fundati, et amplissimis ditionibus dotati, jam vero per Sacram Regiam Majestatem in Protectionem accepti, a Conventu excluduntur ad præsens omnes Nobiles virgines Polonæ et non suscipiuntur ad Claustrum per inhibitionem Sacræ Cæsareæ Mttis, adeoq Equestris Ordo submisse petit a Sanctissimo Domino, ut suam interponat authoritatem, ut hæc Monasteria suis Provincialibus Regni Poloniæ Restituantur, ut Polonæ virgines Nobilium ad Claustrum Conventus Trebnicensis admittantur, et Abbatissa antiqua praxi Polona eligatur, et instituatur.

3tio Quod passim in Causis Civilibus, ex vi ac præscripto Statuti huius Regni ad Judicium Seculare spectantibus, ad forum Ecclesiasticum evocamur, et frequentius in actionibus, quæ intra Regnum terminari debent, contra Bullas Sanctæ felicissimæ Recordationis Urbani Octavi usq Romam trahimur.

Quarto Quod Jus Patronatus Regium, et Regnicolarum cum damno Regni præjudicio contra antiqua Jura hujus Regni indies magis enervatur, et destruitur, et quidem 1o expeditiones pro Abbatijs per assensum datur in Curia Romana ad provisionem applicamus, non ad nominationem Regiam, 2o ad Omnes fere Abbatias per suggestam, seu Conniventiam Curiæ Romanæ inductæ sunt electiones per ambitum et licentiam Monachorum contra Jura Regni, et in depressionem Juris Patronatus Regni in expeditione Abbatiarum in Commendam quæ ex usu antiquo, et Lege Regni Concedi solent

concedi solent Episcopis, et alijs Praelatis Saecularibus, tenuiores proventus habentibus. 3tio apponi solet haec clausula, ut post expirationem Commendae constituatur Abbas Regularis, et insuper in pluribus Abbatijs novissimo tempore Commendatio statim substituitur Abbas Regularis, vel Coadjutor cum futura Successione, per quod ipsofacto praecluditur via Nominationis Regiae. 4to Quatuor Novae Congregationes generales Monachorum inauditae in Regno Poloniae firmantur cum approbatione Sacrae Sedis Aplicae sine praevio Consensu Serenissimi Regis et Reipublicae, + sine quo nulla fundatio nova particularis fieri debet, multo minus fundatio alicujus Congregationis generalis, quam non pridem tali inaudito Modo fundavit Pater Mirecski ex Benedictinis, et alij Religiosi hoc exemplo inducti similem Machinantur.

Quinto Tali Modo et Patres Basiliani constituerunt in suo Capitulo Generali, neminem fere Capacem Episcopatus Rutheni, nisi fuerit à Religione Basilianorum recommendatus, cum Episcopatus Rutheni semper immediate conferuntur à Serenissimo Rege.

6to Iam ab Abbatijs deventum est ad Capitula Cathedralia, non tantum obstantibus Constitutionibus Regni, sed etiam Bullis Pontificijs, quorum vigore nemo extraneus capax est ad Ecclesias Cathedrales, nisi sit Nobilis Regni Poloniae ex utroque Parente, nihilominus per provisiones Apostolicas includuntur extranei et Plebei, quemadmodum novissimè ad Cathedram Leopoliensem, et quidem Nominationis Regiae provisus est Meghiornecci Mercatoris Cracoviensis filius, immediatè deventum est ad Episcopatus primò, et inaudito exemplo quod de suprema potestate Aplica concedi solent proventus nondum in Episcopali dignitate constituto, ex eo Casu oritur Metus, ne inducantur pensiones super Beneficia Poloniae

7mo Quod Spirituales ultra antiquas fundationes, novas possessiones terrestres et Civiles acquirendo, onera fundis annexa recusent,

et ex ratione

390.

et ex ratione eorum, et levissima quandoq occasione Censuræ Ecclesiasticæ in Sæculares personas extenduntur.

8vo Quod Absente Illma Excellentia à Regno, Admdm Reverendus Auditor inaudito praxi Jurisdictionem dignitati et prærogativæ primitiali nec non Episcopali gravem exerceat, atq ut pro Auditoribus Sacræ Nunciaturæ designentur Viri Maturi ac in Sacris Ordinibus Constituti.

9no Expeditiones omnes super Episcopatus Regni Poloniæ et M.D.L. ad presentationem authenticam Sacræ Regiæ Mtis antiqua formā, et praxi pro Jure Regni sine immutatione, Juribus Regni Poloniæ et Ducatus Varmiensis contrarijs expediantur, et legitime præsentatis Episcopis extradentur.

Xmo Et quoniam Palatinatus et Terræ in desiderijs suis à Celsissimo Episcoporum Collegio ad æqualem resolutionem, in Comunem Satisfactionem non sint adepti, instantijs ad Sanctam Sedem Romanam Interpositione Illustrissimæ et Excellentissimæ Dominationis Legati Aplici, ut in desiderijs suis, quæ in Collegio Episcopali sunt proposita, interveniente Authoritate Sedis Apostolicæ Satisfiat petunt.

Ad Postulata